

hic dicendum est auctorem in priore parte concinnanda antiquiorum scriptorum lucubrationibus usum fuisse, cum interdum loquatur tanquam testis oculatus et praesens¹. Si coniecturae locus datus, haec forte vera est ratio, ob quam quibusdam historicis huius Chronici fides est suspecta, quia videtur autorem tradere se vidisse, quae videre non potuit. Sed in hoc erraverunt illi, qui Chronicon hoc una serie ediderunt, cum omnino duae sint ipsius partes.

Nunc et ulterius² adhuc procedere audeo et affirmare probabilissimum esse hoc manuscriptum esse ipsum originale, ut loquuntur. Nam primo, si hic codex fuisset ab alio descriptus, illa, quae in aliis codicibus inserta sunt et in nostro essent inserta, non in margine legerentur; secundo, si hic ipse codex non ipso monasterio fuisset asservatus³, supervacuum fuisset omnes illos redditus agrorum, vineas, census annotare; neque etiam facile extraneus haec omnia tanta diligentia descripsisset, quippe quae omnibus aliis quam monachis illis nulli plane usui esse potuerunt. Iam autem duo huius monasterii monachi hanc composuerunt historiam, ut ex exordio utriusque partis apparet; nec videtur probabile, quod in eodem monasterio eiusdem monasterii historia pluribus vicibus descripta fuerit, cum omnia in illis domibus sint communia. Unde concludi potest hunc codicem nostrum esse originale.

Quae de antiquitate huius Chronici hucusque disse-ruimus, nonnisi de priori illius parte sunt intelligenda.[•] Posteriores autem partem ex saec. XIII. eiusque medio esse existimo.

II. Die ersten Kapitel des Chronicon Ebersheimense.

Auf Grund der Kollation mit Martène und der Abschrift der 'Supplementa fabulosa' in den Karlsruher Papieren ist es möglich, den Wortlaut der Chronik vollkommen sicher herzustellen. Wenn dies für den älteren Teil schon durch Grandidiers Ausgabe geschehen war, so fehlten ihr doch jene sagenhaften Abschnitte, die erst Bresslau aus der Strassburger (S) und für den Schluss aus der von Pfister entdeckten Pariser Hs. (P) abdruckte. Da jedoch S durch willkürliche Veränderungen stark entstellt

1) Dies hat Grandidier fast unverändert in seine *Observatio praevia* übernommen. 2) 'alterius' Hs. 3) Vgl. oben S. 128 über die Angabe Schoepflins.